Vir Rev. Clarisse Dne et F.r in Chro Colende.
Ut ArchiPalatinatus status firmus dehinc perstet, à procellis, qbus, cheu, jam diu jactatus e, immunis, ad Servatoris nri gloriam, ejusq. regni amplificationem, animitus voveo. Precor etm Deum ut huius in eum regressus faustus sit et Ecclesiae salutaris. Venit ad me hodie Jacobus Widexellerus, Arbonensis Helvetius, meus ante hac per sexennium convictor examinis publici et impositionis manuum ad munus Ecclesiasticum causa. Hoc ostendit qq. literas qbus à te juxta cum aliis ampliss. Consistorii Heidelberg. instaurati Assessoribus ad Cantoris munus in aede Sp. S. Heid. obeundum invitatur, et qdem ad festum jam elapsum Nativitatis Dominicae. Quod non paruit in culpa e sera literarum exhibitio: eas n. pridie festi illius demum accepit. Ab acceptando a. munere ipso non e alienus, si certus fiat de salario et adjuncto aliquo munere Scholastico Latino, sive ad Nicrum sive alio. Nec n. soli cantui operam se cupit, ut sedes sit eo firmior. Testor a. ipse de hoc esse ipsum in Musica re egregie exercitatum, voce insigni praeditum, in literis latinis mediocriter versatum, vitâ honestâ, corpore ac staturâ conspicuum. Suis hactenus sumptibus et Tiguri et Basileae vixit, ac prorsus sui juris. Apud Ampliss. Wurstenbergerum praefectu verbis per annum jam paedagogum egit, cum Eaede nec dum ei valedixit. Expectabat g. juxta meam pleniorem declarationem, summa cum alacritate omnem nobiliss.ae Civitati et Scholae navaturus operam, ubi intellexerit, sibi satis de victu et amictu prospectum. Haec lb. te ut scriberem

vetus vestra me confidentem fecit amicitia, quae ab
huius seculi XIII et XIV inter nos intercessit. Vale
vir Cl. Deus tuis laboribus et conatibus, ut et a-
micissimi Dn. Antonii, quem insalutatis amicis
ita discessisse miror, cui pl. salutem adscribo,
ubertim benedicat. Tig. 30. Dec. 1649 exeunte

Rev:do et Cl. Viro Dno Tui omni studio
Danieli Tossano, Electoralis Joh: Wirtz in Colleg.
Consistorii Heidelbergae assessori Carol. professor.
Amplissimo, Dono et amico veteri
Heydelberg.

334 Sal. pl. Rev. et Cl. V. Frater plurimum honorande.
D. Hundii negotium, jam biennium et Amplissimo nostro
senatui commendatum fuit. Facilem autem se praebue-
rat, modo accessisset quoque consensus D. Bernatum.
De novo igitur res proponenda et urgenda erit. Conve-
ni D. Antigrumuteum, ut literas Ill.mae principis,
et quae nunc coram senatu acta fuerunt mecum com-
municet, ut Amplissimo D. Consuli actionem istam re-
fricare possim. Commodissime a D. Swebelio ne-
gotium simul proponi poterit. Vener. noster Antistes
hodie non habuit concionem. Non recte valet. Uterum
negotium ipsi cura est nihilominus. Tussi laborat,
ut hoc tempore plures. Rev. D. Hundio liberaliter
brevi respondebimus. D. Doctores Sangall. Ecclesiae pa-
stor et Decanus, cui D. Hundius quoque scripsit, non
ita pridem magno cum civitatis illius moerore,
decessit. Ibi lues quaedam pestifera, ut audio grassa-
tur. Rumor increbuit ordines Hollandiae et West-
phrisiae appetunt excessus Anglicanorum, quod ut cre-
dunt adhuc non possunt nec evidentiora videmus ar-
gumenta. Id si verum esset, quod optat Deus. Veren-
dum est magnopere ne peste (pestilentissima illa secta quae nunc in Anglia grassatur in Belgio quoque fautores inveniret quod) varia et Belgicis et nostris quoque civitatis poenas Dei attra-
hant. Laetatus vero sum, cum audivi illustriss. Electo-
rem Palatinum ab haereticorum Anglicorum iugo liber-
ratum in Belgium evasisse Deus concilia et con-
ventus